

Anima pulchra
describitur

dum augetur: & si sic quoque augetur, dum extēditur: licet enim & habitus
augeri cum statu non licet, tunc & splendor ipse perhibetur auri uel argen-
ti qui prius fuerat quidem & in massa, sed obscurior, non tamen nullus.
Tunc & alij atque alij habitus accedunt pro facilitate materiae, qua duxerit
eam qui agit, nihil conferens modulo nisi effigiem. Ita & animae incremē-
ta reputanda non substantiua, sed prouocatiua. Quis hunc crederet cum
isto corde tam disertum esse potuisse? sed tremenda ista sunt, non ridēda.
ad hoc enim nuncque cogitur si aliquid cogitare posset quod & sit, & cor-
pus non sit. Quid autem absurdius quam putare massam cuiuspiam metalli
ex aliqua parte crescere posse dum tunditur, nisi decreseat ex altera, uel au-
geri latitudine, nisi crassitudine minuatur? Aut ullum esse corpus manēte
naturae suae quātitate, quod undique crescat nisi rareseat? Quomodo igitur
implebit anima ex illa stilla seminis magnitudinē corporis quod animat,
si & ipsa corpus est, cuius substantia nullo accessu crescat? quomodo inquā
implebit carnem, quam uiuificat, nisi tanto rarior fuerit, quanto grandius
quod animauerit? Timuit uidelicet ne deficeret etiam minuendo si cresce-
ret, & non timuit ut deficeret rarescendo, cum non cresceret. Sed quid am-
plius immorer, quādo & sermo pergit in prolixiorem modum, quā petit
terminandi necessitas, & sententia mea iam satis sit nota, uel quid certū te-
neam, uel unde adhuc dubitem, & quare dubitē. Proinde & hoc uolumen
iā cōcludatur, ut quae sequuntur deinde uideamus. Haecenus Augustinus.

de substantia panis

Error putantium corpus Christi in eucharistia tantum esse sub figura,
iam olim condemnatus est, primum (ut scribit Lanfrancus in libro suo cō-
tra Berengarium) in synodo Vercellensi sub Leone pōtifice Romano: de-
inde in concilio Turonensi sub Victore pontifice. Postremo in cōcilio sub
Nicolao. Ad haec Theologi Parisienses hoc dogma cōmunibus calculis
inter impia retulerunt. Theologi lazarum pessimi pessimi

Institutum ecclesie
Halberstadiensis.
Pius. II.
R. Volaterranus.

In libro de Pœnitentia meminit publicae tantum confessionis. Cuius ad-
huc clarum uestigium extat in Halberstadiensi ecclesia, quae est in Saxoni-
bus. Quam rem & Pius pontifex, & post hunc Volaterranus in literas re-
tulerunt, sed uelut ritum barbaricum. Neuter enim intellexit. Volaterranus
institutum uocat inauditum. Est autem huiusmodi. Singulis annis eligitur
aliquis e plebe, qui comœdiam pœnitentis ac confitentis agat. Is in capite
ieiunii quadragesimalis ad templum adductus in cultu lugubri & qui pœ-
nitentem deceat, nimirum caput obuolutum habens, post sacrum inde
eicitur. Perque totos illos quadraginta dies nudis pedibus uias urbis terit.
Templorum moles circuit tantum, non subintrat. Nec cum quoquam ser-
monem

de Adamo Halberstadiensis